


273



271

277

cerperentur. Imperterritus autem vir primo locum fossa et vallo munivit, deinde quoddam ligneum fortalitium erexit, in quo positis speculatoribus fundamenta pro fortissimis muris fodit et jecit, et paulatim murum aedificavit. Hoc cum saepe Turcorum capitaneis delatum fuisset, habita principum congregatione dissimulare decreverunt usque ad castelli consummationem, ut tunc collecto exercitu sine labore arcem acciperent; sieque aedificaverunt inexpugnabile castrum, quod Turci numquam vi cepere potuerunt, verum dolo et fraude noctibus furtive multa et saepe attentaverunt. Quod considerantes Johannitae canes pervigiles per gyrum castelli locaverunt, qui omnia se moventia latratibus et morsibus produnt, Christianos a Turcis evidentes et ad castellum transfugientes odratu cognoscunt. His canibus tantum insidiantur et Turci ipsi, et quicumque Turcus aliquem de eis occiderit, statutum pondus auri de publico aerario habet, et qui canem vulneraverit, etiam suum habet pretium, nec hodie est Turcorum proelium in homines castelli, sed totum proelii pondus est versum in fidelissimos custodes (¶) Christianorum, canes.

De fidelitate canum illorum ad suos dominos mira dicuntur et referuntur, sicut etiam paene incredibilia de canibus scribunt in libris naturalium de bestiarum conditionibus. Dicitur de cane Titi Sabini, quod dominum suum nec in carcere nec in morte dereliquit, sed moestus, edens ululatus, continue cum mortuo mansit, cui cum quidam cibum adjecisset ad os defuncti cibum tulit, et cadavere in Tibrim projecto, ut corpus sustentaret, saliens in aquam subternatavit. Canis etiam Jasonis Ciliciae cibum noluit capere interfecto domino suo. Leguntur etiam canes pro dominis suis usque ad mortem pugnasse. Sic et canes praefati castelli pro Christianorum defensione morerentur. Ex opposito enim Rhodiae interacente profundissimo maris brachio Turcorum terra adeo est propinqua, quod homo valide vociferans posset in Turcia audiri. Unde a Rhodo navigando in medium Cycladum pervenitur ad insulam Delos, quae olim Ortygia dicebatur, eo, quod ibi primum visae sunt cothurnices aves, quas Graeci ortygias vocant. Ad hanc insulam confugit Latona a Jove, quam prosequebatur [Juno] eo, quod concepisset geminam prolem de eo, peperitque in ea primo Diannam, quae e vestigio surgens obstetricis officium in nascituro fratre matri praestitit et Apollinem nascentem suscepit, qui mox sagittis

267

282

262

322

222

372

172

Ende

Anfang